

POST PENTECOSTEN. 471

ipso domino dicente: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Videntes aut turbæ timuerunt et glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus. In hoc loco declaratur, quantum inter doctam malitiam, & sanctam simplicitatem distet. Scribis enim deum blasphemantibus, turbæ, quæ minus eruditæ erant, eius opera uidentes, cum timore & admiratione glorificauerunt deum. Sed & hoc quotidie fit in ecclesia in conuersione peccatorum, quia dum quilibet facinorosus publice ad deum cõuertitur, & per pœnitentiam curatur, multi in eius conuersione immensam dei pietatem glorificant. Iuxta superiorem sensum turbæ quæ timent, immundi spiritus intelligi possunt, qui uidentes peccatores per domini incarnationem de sua potestate eripi, timore & admiratione concussi sunt. Vnde & per obsessum hominem loquebantur: Quid nobis & tibi fili dei? uenisti ante tempus torquere nos? Et ut euangelista ait: Multum rogabant eum dæmonia, ut non eos mitteret in abyssum.

DOMINICA XXI.
post Pentecosten, Matth. XXII.

In illo tempore Loquebatur Iesus cum discipulis suis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos uocare inuítatos ad nuptias, & noluerunt uenire. Et reliqua.



Cum frequenter regnum caelorum in euangelio nominatur, non incongrue semper unam eandemque habet significationem, sed aliquando caelestem dominum Iesum Christum, aliquando doctrinam sancti euangelij, aliquando caelestem patriam, aliquando presentem significationem ecclesiam. Dominum Iesum Christum, sicut ipse ait, Regnum dei intra uos est. Doctrinam sancti euangelij, sicut ipse Iudaeis hanc recipere nolentibus dixit: Auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Caelestem patriam, ut est illud. Beati quoque persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Sanctam ecclesiam, sicut alibi ait: Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum. Ergo in hoc loco regnum caelorum praesentem significationem ecclesiam, id est congregationem iustorum, in qua dominus non solum regnat, sed etiam quiescit, sicut scriptum est in Salomone: Anima iusti, sedes sapientiae. Sunt nonnulli, qui hanc eandem lectionem esse putant, quam Lucas sub appellatione coenae descripsit, sed quaedam inter se diuersa continere uidentur: quia ibi coena, hic prandium notatur: ibi nullus qui intrauit, egressus legitur: hic qui cum ueste nuptiali non intrauerat, cum magno dedecore expulsus narratur. Nam quauis consuetudo antiquis fuerit, semel in die prandere, & hoc conuiuium & prandium & coena uocaretur, apud nos tamen usitatus post pran-

POST PENTECOSTEN. 473

dium cœna restat, post cœnam uero nullum cõuiuiũ remanet. Vnde per illam cœnam ecclesia figuratur, qualis erit in futuro: per hoc uero prandium, qualis est in præsentì. Homo iste rex spiritaliter deus omni potēs est, filius eius dominus Iesus Christus, de quo p̃ Psalmistam dicitur: Deus iudicium tuũ regi da, &c.

Qui fecit nuptias filio suo, quãdo per incarnationis mysterium ei sanctam ecclesiam sociavit, non habēt maculam neq; rugam, de qua per Apostolũ dicitur: Despõdi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. In nuptijs uero duo iunguntur, sponsus & sponsa. Sponsus enim Christus est, de quo per Iohannem dicitur: Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus aut̃ sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Sponsa sancta ecclesia est, cui per prophetam dicitur: Sponsabo te mihi in iustitia & ueritate. De his nuptijs Iohannes in Apocalypsi loquitur, dicens: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocari sunt. Et iterum: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentẽ de cœlo. Thalamus huius spõsi, uterus genitricis fuit, de quo ad coniungendam sibi ecclesiam, uelut spõsus de thalamo suo, processit. Vnde cũ Apostolus exponeret testimomium, quod primo homini dictum fuerat: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & rel. continuo adiecit: Sacramētum hoc magnum est. Ego autẽ dico in ecclesia & in Christo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. Si seruum legerimus, ut nonnulla habet exemplaria, Moysen intelligere debemus: si autem pluraliter seruos, patriarchas & pphetas accipere possumus. Misit ergo seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, q̃a incar

nationis suæ mysterium per patriarchas & prophetas longe ante dicere uoluit: qui plurimos ad Christi nuptias uocauerunt, quia p̄ sp̄m̄ sanctū aduentū Christi præuidentes alijs annunciauerunt. Sed ualde dolendum est quod subdidit: Et nolebāt uenire. Et pulchre dicitur, [Nolebant uenire.] quia plurimi per prophetas annunciatum audierunt, sed tamen uerum minime crediderunt. Offert deus quod rogari debuerat, non rogatus dare paratus est, quod uix credi potuit, ut largiri dignaretur etiā postularus. Sed reprobi ad nuptias uenire nolūt, quia eius iussionibus per multa opera contradicunt. Quia sunt nonnulli, quā non solum ea quæ sibi conueniunt, à deo non postulant, uerum etiam oblata sibi accipere renuunt. Nec tamen diuina pietas contemntes se contemnit, eū ad eos, quæ uenire nolebant, iterū misit alios seruos. Serui, qui secundo mittuntur, apostoli sunt intelligendi, qui post domini incarnationem ad prædicandū euāgelium sunt missi. Quia tanto securius aduentū Christi annunciauerunt, quanto ab ipso ore ueritatis habebat uerbum diuinū audierunt. Sed quia plerumq; apud auditorū mentes plus exempla quàm uerba præficiunt, recte in secunda inuitatione dicit: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum parauit, tauri mei & altilia occisa sunt. & omnia parata. uenite ad nuptias. In tauris & altilibus utriusq; testamenti sanctos præses accipimus, ueteris scilicet ac noui. Taurus enim erectæ ceruicis est animal, cornua in capite gerens, quibus se defendat, & minora animalia terreat. Vnde & per tauros non incōgrue patres ueteris testamenti accipimus, qui dum ex promissione legis acceperant, ut dei suosq; inimicos corporaliter ferirēt,

quasi in capite cornua gestabāt. Sed in præparatione nuptiarum tauri occisi sunt, quia cum incarnatione Christi patres ueteris testamenti prædicerent, nonnulli interfecti sunt: alij secti, ut **Isaias**. alij lapidati, ut **Jeremias**. **Altilia** autē dicta sunt quasi alitilia, quæ nos uulgari locutiōe manu pasta, id est, saginata appellare consueuimus. Ergo per altilia apostoli eorūq; successores figurantur, qui dum terrenas diuitias contemnere, & cæleste regnū amare didicerunt, quasi altilia penna contemplationis sese ad alta sustollere nouerunt, dicentes cum **Apostolo**: **N**ostra autem cōuersatio in cælis est. **Q**ui cū ab ipsius domini ore doctrinæ pabulum acceperunt, quasi manu pasti sunt, rancorū breuius spiritali pinguedine sunt saginati, quanto manifestius & perfectius eiusdem spiritus sancti dono sunt repleti, ut cū **Psalmista** dicere possint: **S**icut adipe & pinguedine repleatur anima mea. **E**t iterum: **I**mpinguasti in oleo caput meum. Sed in præparatione nuptiarum Christi cum tauris, altilia sunt occisa, quia patres noui testamenti pro prædicatione euangelij corporaliter interierunt. **A**lij crucifixi sunt, ut **Petrus**: alij decollati, ut **Paulus**: alij lapidati sunt, ut **Stephanus**: alij igne cremati, ut **Laurentius**: alij lacerati, & secundum **Apostolum**, **C**ircuierunt in melotis, in pellibus caprinis. **O**mnem autem occasionem excusandi aufert rex, cum dicit: **[Omnia parata.]** **O**mnia enim parata sunt, quia ille singularis agnus occisus est, in cuius figura omnia præcesserunt, siue certe omnia parata sunt, quia nullum exemplū uirtutis est sanctorum, quod ad nostram imitationem in operibus eorum manifestatum iam non sit. **I**am enim innocentiam **Abel** audiuius, obediens-

tiam **Abrae**, castimoniam **Isaac**, tolerantiam **Iacob**,
 mititiam **Moyſi**, misericordiam **Dauid**, patientiam
Iob audiuiſimus, & finem domini uidiſimus. Sed repro
 bi omnes, dum terrenis diuitijs acquirendis studio
 ſe inhiant, non ſolum ſeruatorum dei exempla imitari
 contemnuunt, ſed etiam ipſius domini uerba inuitan
 tis audire negligunt. Vnde & ſubditur: **Illi autem
 neglexerunt, & abierunt, alius in uillam ſuam.**
 Quid per uillam, niſi terrena ſubſtantia deſignatur?
 Ad uillam quippe uadit, qui terrena & ſuperflua diſi
 gens, cœleſtem patriam non requirit. Cumq; natura
 lem intellectum nō in ſeruitio dei, ſed in terrenis cō
 modis occupat, non ſolum ad uillam, ſed etiam ad ne
 gociatiōem ſuam pergit. Vnde bene ſubditur: **Alius
 uero ad negociationem ſuam.** Quid per negociatio
 nem, niſi calliditates & ingenia figurantur? In negoci
 atione uero hoc agitur, ut quod uilius emitur, carius
 uenundetur. Quicunq; ergo arte uel ingenio iniuſta
 lucra appetit, quaſi ad negociationem pergens, ad nu
 ptias dei uenire contemnit. De talibus ſine dubio ait
Apoſtolus: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in ten
 rationem & laqueum diaboli, & deſideria multa in
 utilia, quæ mergunt hominem ad interitum & per
 ditidē. Et quiſquis his deditus fuerit, neceſſe eſt ut
 non ſolum mēdacia, uerum etiam perſuria incurrat.
 Qui autem eis deſeruierit, ad nuptias **Chriſti** (ut dixi
 mus) uenire contemnit. Vnde **Apoſtolus** ait: **Nemo
 militans deo, implicat ſe negocijs ſecularibus, ut pla
 ceat illi cui ſe probauit.** Et **Iacobus:** Qui uoluerit ami
 cus eſſe ſeculi huius, inimicus dei conſtituitur. **Reli
 qui uero tenuerunt ſeruos eius, & contume
 lia affectos occiderunt. Inter eos qui uerbū dei**

audire negligunt, & eos qui nuncios persequuntur, magna distantia est. Sunt nonnulli, qui nec uerbum dei audire dignantur: & sunt alij, qui uerbum dei audiunt, sed opere implere contemnunt. Sunt alij etiam, qui non solum uerbum dei despiciunt, sed etiam praedicatorum uerbi odij & gladij persequuntur. Illi uero districte damnandi sunt, qui uerbum dei non audiunt: sed illi districtius, qui auditum implere negligunt. Quia sicut dominus ait in euangelio: Seruus nesciens uoluntatem domini sui, & non faciens, plagis uapulabit paucis: sciens autem & non faciens digne, plagis uapulabit multis. Seuerius namque illi adhuc iudicandi sunt, qui manus a persecutione praedicatorum continere non possunt. Vnde & subditur: Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succedit. Quae similitudo, si specialiter ad populum Iudaorum referatur, manifeste patet quia seruos dei contumelios affecerunt, quando (sicut ait liber Actuum apostolorum) Ibant gaudentes discipuli a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Stephanum quoque lapidauerunt, & Iacobum Iustum praecipitantes de pinnaculo templi, occiderunt. Quod cum audisset rex, illis in malitia perseuerantibus, mittens duos Romanorum principes cum exercitibus suis, Vespasianum, scilicet & Titum, patrem utique & filium, perdidit homicidas illos: ciuitatem quoque illorum, id est, praecipuam Ierusalem igne succenderunt, ita ut iuxta domini uocem, non sit relictus in ea lapis super lapidem. Si autem generaliter haec parabola ad omnes reprobos referatur, datur intelligi quia non solum in animabus, sed etiam in corp-

poribus damnandi sunt, qui uerba inuitantis dei au-
 dire negligunt. **Exercitus enim regis nostri, angelici**
sunt spiritus, unde dñs sabaoth, i. dñs exercituum dici
tur. De quibus ait Daniel: Millia milliū ministrabāt
ei. & rel. Missis ergo exercitibus suis, perdidit homi-
cidas illos, quia omne iudicium in hoībus per ange-
los suos impleturus est, sicut ipse ait in euāgelio: Mit-
tet filius hoīs angelos suos, & colligēt de regno eius
omīa scandala, & mittent ea in caminū ignis ardētis.
Ciuitas nanq; reprobā, propria sunt illorum corpo-
ra: quia sicut ad tēpus homo in ciuitate manet, ita ani-
ma inhabitat in corpore. Non solum ergo homicida
perduntur, sed etiam ciuitas succenditur, quia usque
ad iudicium reprobī in animabus, & post iudiciū etiā
cum corporibus damnabūtur. Sed quia superius hūc
regem dei omnipotentis speciē tenere diximus, que-
ritur, quomodo iratus dicatur, cū in natura dei nul-
la ira, nulla mutabilitas cadat, teste Psalmista, q̄ ait:
Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascitur
per singulos dies? Ad quod dicendum quia multis in
locis scriptura sacra more nostro loquitur, ut occul-
ta dei iudicia per uisibiles res intelligantur. Sicut em̄
rex terrenus iratus dicitur, quando in subiectis uin-
dictam exercet, sic deus omnipotens illis iratus uide-
tur, quos iusto iudicio propter peccata dānat & pu-
nit: cæterum in sua natura semper immutabilis, sem-
perq; tranquillus permanet. Cui per quendam sapi-
entem dicitur: Tu autem domine sabaoth cum tran-
quillitate iudicas, & cum magna reuerentia dispo-
nis nos. Et per Prophetam: Ego sum deus, & nō mu-
tor. Tunc ait seruis suis: Huptiæ quidē pa-
ratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerūt di-

Sapient. 2.

Malach. 3.

Ite ergo ad exitus viarum et quoscunq;
inueneritis. uocate ad nuptias. In his uerbis do-
 mini manifeste Iudæorum repulsio, & gentium uo-
 catio designatur. In uia enim quondã Iudæi stabãt,
 quando deum cæli cognoscẽtes, legalia præcepta ob-
 seruabant. Sed domino ueniẽte in carne, hi qui inui-
 tari erant, non fuerunt digni, quia non credendo in
 eum, quem promissum habebant, fecerunt se esse in-
 dignos. Sed nunquid quia Iudæi uenire nolũt, locus
 nuptiarum dei uacuu remanebit. Absit. Nam profi-
 nus serui ad gentium uocationem mittuntur, cũ dici-
 tur: [**Ite ergo ad exitus uiarum.**] De exitibus ergo
 uiarum gentilis populus uocatus est, qñ nullam dei
 cognitionem habens, ab idolorum cultura ad credu-
 litatem dei adductus est. Sed quia non ad solos Iudæ-
 os hanc parabolam, sed ad nos pertinere credimus,
 sicut uias actiones accipimus, sic exitus uiarum defe-
 ctus dicimus actionum. Sunt enim nonnulli, qui nõ
 facile ad deum conuertũtur, nisi prius prosperitas hu-
 ius seculi eis deficiat, sicut scriptum est: **Et tãtum mo-**
do uexatio intellectum dabit auditui. Et Psalmista:
Cum occideret eos, quærebant eum, &c. Frequẽter
 enim nonnulli diuinis flagellis percussi ad salutem re-
 deũt, q si in prosperitatibus seculi permanfissent, uti-
 que perirent, quibus per prophetam dicitur: **Virga**
& flagello castigaberis filia Sion, ut nõ discedat zelus
meus à te. Tales significauit ille puer **Amalechites,** de
 quo in Regnõ libris legitur: quia **Amalechitis** fugi-
 entibus, infirmus in uia remansit, quem **Dauid** perse-
 quẽs, **Amalechitas** reperit, eiq; cibũ & potũ tribuit, at
 que postea ducẽ sui itineris fecit. **Amalechites** aut, q
 lam bẽs populus interpretatur, mũdi significat ama-

3. Reg. 18.

tores, qui alienis diuitijs locupletari, & extraneis facultatibus cupiunt augeri. Cumq; nonnulli electi cū talibus præsentis uitæ cursum communem ducere desiderant, misericordissima dei bonitate, aut flagellis arrentur, aut paupertate attenuantur, aut aliqua necessitate constringuntur, ut etiam nolentes ad deum conuertantur. Tales non de uijs, sed de exitibus uiarum ad domini nuptias uocantur, quibus conuenit, quod per Osee prophetam dicitur: **Ecce ego sepiam uiam tuam spinis, & sepiam ea maceria: & sequeris amatores tuos, & non apprehendes eos: quæres, & non inuenies eos, & dices: Reuertar ad uirum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.** **Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discubentiū.**] In quibus uerbis manifeste ostendit, quia (sicut superius diximus) per has regis nuptias præsens ecclesia significatur. **Ecce enim dicitur: Egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos.**] Boni namq; soli nusquam sunt, nisi in cælo: mali soli nusquam, nisi in inferno. Præsens autem ecclesia, quæ inter cælum & infernum cõsistit, utriusq; partis ciues recipit: quia multi per fidem in ecclesiam intrant, qui per uitæ meritum in regnū cælorum minime intrare possunt, de quibus per prophetam dicitur: **Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.** **Nec mirum si reprobi super numerum multiplicentur, cum inter multitudinem paleatum grana tritici saluatur, & rosa quæ redolet, inter spinas quæ pungunt, nasci soleat.** **Intrauit autem rex ut uideret discumbentes.** **Discumbere in nuptijs, est fide in ecclesia gescere, sicut dominus**

POST PENTECOSTEN 481

alibi ait: **Multi uenient ab oriente & occidente, & recumbent cū Abraam & Isaac & Iacob in regno cælorum.** Quotidie autē iste rex ad suas nuptias intrat, q̄a deus oīporens actus moresq; hoīm subtili examine dijudicat, & qua intēriōne quisq; uiuat, p̄s̄at: & si ali quē bonis operibus uiderit esse adornatū, hūc q̄si spiritalē conuiuā secū sedere & conuiuari gaudet. **Solet autē cōringere, ut talis in ecclesia inueniatur, qualis & iste fuit, de quo adhuc subdit: Et uidit hominem ibi non uestitum ueste nuptiali.** & ait illi: **Amice, quō huc intraisti, non habens uestē nuptialē?** Quæritur autē quæ sit uestis nuptialis, sine qua quisq; ecclesiā intrauerit, nō recipiet ad conuiuū, sed cum magno dedecore eijcietur. **Vestem nuptialē nō recte fidē intelligere possumus, q̄a sine illa ecclesiam intrare nō ualemus. Nā & baptismū uestē nuptialē nō accipimus, q̄a sine illo ecclesiā nō intramus.** **Fidutialit̄ ergo & absq; ulla cōtradictione, uestē nuptialē intelligamus charitatē, sine qua quisq; in uacuū ecclesiā intrat, etiā si rectā fidē se habere simulat.** **Recte ergo uestē nuptialē intelligimus charitatē, q̄a sicut uestis duobus filis textit, superiori & inferiori, sic charitas duobus præceptis impletur, dilectione dei uidelicet & p̄ximi.** **Filium ergo inferius, dilectionē proximi: filium superius, dilectionē significat dei.** **Minus em̄ quā inter duos haberi charitas nō potest, q̄a nec uere diligimus deū sine proximo, nec uere proximū sine deo diligere possumus.** **Vñ inter cætera ornāmēta in ueste pontificis coccus bis tinctus poni præcipitur, ut scilicet in nostro bono opere charitas geminetur, ut diligamus deū toto corde, tota anima, tota mente, & p̄ximos sicut nosmetipfos, sicut Iohannes apostolus**

Hec cū in dicto legatur. videtur subesse mēdū, t̄acti archetypa concorder.

ait: Filioli, hoc mandatū habemus à deo, ut q̄ diligit deū, diligit & fratrem suum. Et q̄ dixerit, qm̄ diligo deum, & fratrem suū oderit, mēdax est. **V**el certe aliter p̄ uestē nuptialē recte charitas figuratur, q̄a sicut uestis plurimis filis contextitur, sic charitas diuersis uirtutibus adornatur. **E**x ipsa em̄ nascitur prudētia, elemosynarū largitas, hospitalitas, inimici dilectio, & cætera his similia. **S**i q̄s uult scire q̄bus filis uestis charitatis contextit, legat Paulū apostolū. **Q**ui cum dixisset: Si linguis hoim loquar & angelorū, & si habuero prophetiā, & nouerim mysteria om̄ia, & oēm scientiam, & habuero oēm fidem, ita ut montes trāsferā, & si distribuero oēs facultates meas in cibos pauperū, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatē aut̄ non habuero, nihil mihi prodest: cōtinuo eiusdē charitatis membra enumerauit, dicēs: **C**haritas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperā, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malū, non gaudet super iniquitate, congaudet aut̄ ueritati: omnia suffert, oīa credit, omnia sustinet, charitas nunquam excidit. **S**ive aliter recte charitas uestis nuptialis est, q̄a sicut uestis non solum nuditates corporum operit, sed etiam decorem tribuit, sic charitas nō solū cæteras uirtutes generat, uel multitudinē peccatorū operit, sed etiam ornatur, domino dicente: **O**m̄i habenti dabitur, & abū dabit: ei aut̄ qui nō habet, & quod uidetur habere, auferetur ab eo. **E**t **A**postolus: **N**unc manēt fides, spes, charitas. **M**is̄ autem quō amicum uocat, quem cum tanta confusione à conuiuio repudiat. **A**d quod dicitur, quia tropice loquens, per antiphrasin, id est, per irrisionem amicum appellat, qui non meretur diligi.

Ac si diceret: **Amice, & non amice.** Amice per fidem; sed non amice, per operationem. **Amice,** quia ad nuptias uenisti: sed non amice, quia uestem nuptialem non attulisti. **Et ille obmutuit.** Inrepatu a rege is, qui sine ueste nuptiali nuptias intrauerat, obmutuit: quia in illa discussione districti examinis, nec fugiendi, nec mertiendi, nec cuiquam se occultandi locus erit, quando non solum dei praesentia, & angelorum atque sanctorum multitudo testis erit, sed etiam ipsa conscientia peccatrix se metipsam, cur peccauerit, accusabit, te se beato Iob, qui ait: **Et terra aduersum me clamar.** Vnde in persona Iudae proditoris, siue cuiuslibet impij dicitur: **Reuelabunt caeli iniquitatem eius, & terra aduersus eum consurget, & manifestum erit peccatum illius in die furoris domini.** Hanc quippe distinctionem considerabat Propheta, cum dicebat: **Neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus, subauditur locus fugiendi erit, quoniam deus iudex est.** Quid autem post haec sequatur, manifestatur cum subditur: **Ligatis pedibus & manibus, mittite eum in tenebras exteriores.** Si quis autem uult scire, quibus funiculis peccatorum manus & pedes ligentur in poena, Salomon manifestat, cum ait: **Funiculis peccatorum suorum unusquisque constringetur.** Et Psalmista de ipsis loquitur: **Funes peccatorum circumplexi sunt me. Funis enim torquendo componitur, ut longior efficiatur: & quicumque peccatis peccata addunt, quasi funem faciunt, qui in poena ligentur.** Quibus Isaias terribiliter clamat: **Vaeque trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis, & quasi funiculum plaustrum peccatorum.** Ministri isti immundi sunt spiritus intelligendi, de quibus per Psalmistam dicitur: **Immissiones per angelos malos.** Ligatio pedum, uita &

peccata significat. Quisquis autem hic ligatus habet manus uel pedes, ne bonum operetur, ne uiam maledictorum dei currat, necesse est, ut illic ligatus habeat manus uel pedes: & quod undique se dilatauit in malo opere, undique circumstringatur in retributione uindictae. Digne uero peccatoris manus & pedes ligantur in poena, quos hic habuit solutos ad culpam. Cum tenebrae semper sint interiores, & nunquam exteriores, cur iste in tenebras exteriores mitti dicitur? Ad quod dicendum, quia tenebrae interiores, caecitas est mentis: exteriores uero, poena infernalis. Iustum igitur est, ut post mortem in exteriores tenebras mittatur, qui dum uiuere, in interioribus tenebris, id est, in caecitate mentis se conclusit. Quid autem ibi missus paratur, manifestatur cum subinfertur: **Ibi erit fletus & stridor dentium.** Vbi per nomina membrorum, qualitas ostenditur tormentorum. Acriori enim fumo oculi tacti lachrymari solent, & nimio frigore dentes fridescere. Cum ergo dicit, Ibi erit fletus & stridor dentium, datur intelligi, quia reprobi aeterno supplicio damnati, & frigus inestimabile & calorem intolerabilem sustinebunt, beato Iob teste, qui ait: **A calore nimio transibunt ad aquas niuium.** Vbi etiam considerandum, quia non solum sanctorum corpora, sed etiam reproborum in iudicio resurrectura monstrantur. Vnde per beatum Iob alibi dicitur: **Credo quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea uidebo deum.** Oculi enim carnes sunt, & dentes ex ossibus: igitur cum dicit, Ibi erit fletus & stridor dentium, ostendit corpora reproborum, quae consistunt ex carne & ossibus, ueraciter esse resurrectura: ut qui in carne & anima peccauerunt, in carne & anima pariter puniantur. Quod autem ait,

Multiem sunt uocati pauci uero electi. magis timendum est quam exponendum. Quod enim omnes uocari sumus, nouimus: utrum autem ad electorum sortem pertineamus, adhuc ignoramus. Tanto ergo solliciti esse debemus in bono opere, quanto inexcusabiles nos esse scimus de uocatione, ut non cum multis reprobis audiamus: **Ite maledicti in ignem aeternum, sed cum electis audire mereamur: Venite benedicti patris mei, possidere paratum uobis regnum a constitutione mundi.** Quod ipse prestare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

DOMINICA VIGESIMA SECUNDA post Pentecost. Iohan. III.

In illo tempore Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Et reliqua.



Aliquoties contingere solet, ut nonnulli a qualitate mentis, quam habent interius, nota fortiant exterius, sicut **Simō** dictus est **Petrus**, ob firmitatem fidei, eo quod firmę petre inhaerit. & **filij Zebedei Boanerges**, scilicet **filij tonitru**, sunt uocati, quia de spiritali celo intonituri erant: In principio erat uer-